UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Qua[n]do licet vnicuique fine iu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

SIquis. [a]Liber homo alteri obnoxius, fugiēs poteſt capi,⁊ ſub iudice,ſub quo capitur,cauſa ſtatus examinatur.h.d. ¶No.hanc legem[b]pro monachis aufugientib.⁊ pro alijs obnoxijs. ¶Opp.quod liberum hominem quis non poteſt capere ſua authoritate,vt l.ob es.ī.de act.⁊ obli.de priua.car.l.j.Sol. Speciale eſt†in hominib. ſic obnoxiatis, ſic conditionatis, tunc enim per conditionem perſone quandoque ſunt fugitiui,⁊ poſſunt capi,vt hic,⁊ ſ.titu.j.l.j.Et intelligo capi non vt detineantur,ſed vt ad iudicem ducantur,⁊ ita intelligit hic glo.no.⁊ ī.de decu.l.generali.tangitur per gl.Inſti.de act.in prin.dixi plene in l.ait Pretor.§.ſi debitorem.ī.de his que in frau.cre. ¶Op.quod non debet ibi agi cauſa ſtatus vbi eſt captus, ſed debet remitti ad locum vnde aufugit,vt ſ.tit.j.l.j.Solu.† aliud in ſeruis,vt in contrario,aliud in hominib.quorum conditio alio modo eſt obnoxiata,in quib.eſt ſtatutum,vbi te inuenero,ibi te iudicabo,ita intelligitur hic. Sed certe Gul.de Cug.videtur dicere, ꝙ hic agatur cauſa ſtatus coram iſto iudice,ſub quo capitur ſponte, ſecus enim ſi peteret remiſſionem fieri ſecundum formam l.j.ſ.tit.j. hoc etiam velle videtur gl.in l.de iure.ff.ad municip.not.iſtam glo.que dicit capi, ſcilicet, vt ad iudicem ducatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Si quis.Et nota gl.ſecundam hic.in verſ. ab his, que dicit,vel a procuratorib.eorum.Ex qua habes quod beneficiū capiendi propria authoritate poteſt cedi,quod perpetuo not. facit quod no.Bar.⁊ doc.in l.j.§.fi.ff.de noui ope.nun.

b POMA. ¶Nota hanc l.Uide tex.in c.pen.⁊ ibi Felin.⁊ Scriben.de proba.⁊ vide Areti.conſi.xcv.

LEX II.

☞Sententia diffinitiua an poſſit ferri in contumacem pro publicis functionibus.

HAc perpetua. Homines obnoxiati,vel qui pro exactionibus,vel cōcuſſionibus conueniuntur,non poſſunt fori preſcriptionem opponere,niſi ſint milites armate militie, vel eis ſit ſpecialiter conceſſum.h.d. ¶No.hic in fi.ſententiam† proferri contra cōtumaces.Gl.que eſt hic,dicit,intellige de pena que infertur ipſi contumaci,non quod diffinitiua ſententia proferatur in contumacem.Gul.de Cug.etiam ſic intelligit,ꝙ diffinitiua ſententia proferatur in contumacem,in caſibus hic poſitis. ¶†Et ſic nota quod quando quis conuenitur pro publicis functionibus,poteſt in eum contumacem proferri ſententia,quod bene nota,⁊ tene menti.

*Vbi ſenatores,*vel clariſsimi,ciuiliter,vel criminaliter conueniantur. Rubr. XXIII.

LEX I.

☞Forenſis delinquens in ciuitate punitur ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis.

QUicunque. Qui occaſione criminis conueniuntur,ratione dignitatis. ī.illuſtrem priuilegio non vtuntur.h.d. ¶Not.†quod reatus excludit omnem honorem.Item not.tex.dum dicit, publicis legibus ſubiugetur. Ex quo dicunt,† quod ſi forenſis delinquat in ciuitate iſta, debet hic puniri authoritate publicarum legum non ſecundum formam ſtatutorum. Contra determinant omnes doc.ſ.de ſum.tri.l.cunctos populos.⁊ ibi plene dixi.Tangitur per Dyn.in l.ſi cui.§.fi.ff.de accu.⁊c.

LEX. II.

a SEnatores. [a]Senatores etiam in cauſis ciuilib. poſſunt conueniri, vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuerſantur.in vrbe vero coram ſuis iudicibus.h.d. Quidam habēt hic

b aut,quidā ⁊,prout habetis aut,eſt caſus. quod vbi quis aſſidue[b] conuerſatur.poteſt conueniri,licet ibi nō habet domicilium. Pro hoc.ſ.vbi de crimine agi oporteat.l.j.vbi de heredi.agi oporteat.l.j.quod not.in l.heres abſens.§.proinde.ff.de iud.per Inno.de foro compe.c.ex parte.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Senatores.circa medium vide doc.in ca.dilectus.el.ij.de reſcript.poſt gl.ibi.

b ¶Aſſidue cōuerſatur.Adde ⁊ intellige hoc ſaltē per decennium. Ita Cy.hic,⁊ dicit Franc.de Aret.in c.quod clericis.de foro cōpe.⁊ adde do.Mari.Soci.in c.licet.queſtio.vj.eo.titu.de foro compe.

P.PAV.P. ¶Aſſidue conuerſatur.vide Abbatem in c.quod clericis.in vltimo no.extra de foro comp.Et vide omnino alia que habes ad Barto.in l.heres abſens.§.j.ff.de re iud. POMA. ¶Uide Pan.in c.clericis.extra de foro compe.in verſic. duo principaliter.idem refert Barto.ſibi contrarius.

LEX III.

QUoties. Uiri habentes dignitatem illuſtrem, ex adminiſtratione in cauſis criminalibus ſolum coram principe,vel cui ipſe mandauerit,poſſunt accuſari,⁊ poſſunt abſolui,non comdemnari, Principe inconſulto,⁊ eius aduerſarius poterit de calumnia condemnari, niſi ſimilis dignitatis exiſtat.Qui vero ſunt illuſtres ex conceſſione, abſque adminiſtratione poterunt ſub quibuſdam iudicibus nominatis in vrbe,in prouincijs vero apud eorum rectores accuſari, qui eos poterunt abſoluere, ſed non condemnare, Principe inconſulto. hoc dicit tota iſta lex.⁊ habet duas partes. Secunda ibi viros autem illuſtres. ¶Nota caſum in hac l.vbi quid poteſt abſoluere, ⁊ non condemnare. ⁊ videtur contra regulam iuris, quod tene menti perpetuo.

In quibus cauſis, militantes fori præſcriptione vti non poſſunt. Rubr. XXV.

LEX VNICA.

OMnes. Militantes etiam in curia Principis, fori preſcriptionem nō habent in publicis functionibus, vel ſi pro priuatis negotiationibus conueniuntur,niſi tempore commeatus.h.d.

Vbi cauſæ fiſcales. Rubr. XXVI.

LEX I.

a NOn defenſe. [a]Iſta eſt bona lex,⁊ declarat ⁊ ponit practicā qualiter bona auferuntur ab herede indigno,qui mortem non vindicauit,breuiter dicit. De bonis auferendis ab herede, qui mortem defuncti non vindicauit non poteſt agi niſi conuictis reis,vel defunctis.h.d. ¶Not.hic. quod iſta accuſatio facta contra reos coniunctos, habet effectum confiſcandorum bonorum cōtra heredes.De hoc dixi plene in l.j. de his quibus vt indignis. ⁊ videtur caſus hic,ꝙ de crimine non poſſit agi ciuiliter,niſi prius agatur criminaliter.Sed hoc non eſt verum ſimpliciter.Dicemus in l.fi.de fid.inſtr.vbi glo.dicit.⁊ vide in l.j.§.veſtrum.de pigno.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Non defenſe.Iſtum titu.limita prout Barto.no.in l.ſi vacantia.C.de bon. vac.lib.x.niſi procurator Ceſaris non adeſſet, quia Preſes prouincie eſt iudex in cauſa etiā deuoluta,per Bart.in l.a diuo Pio.§.ſi emptor.de re iudic.⁊ ad hanc legem vide l.cum eorum.⁊ ibi Barto.⁊ Bald.ī.de ſenten.interlocu omnium iudi.

LEX IIII.

CUm vendente procu. Not.gl.vtrum procurator qui habet mandatum de vendendo, poſſit habere fidem de pretio,⁊c.

Quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare.&c. Rubr. XXVII.

¶Supra habuiſtis ab illo titulo de iudicijs, vſque huc, quando quis implorat iudicis officium contra alium. hic quando ipſemet

a ſe vindicat,[a] vel Rempublicam,⁊ de prima parte rubrice loquitur l.j.de ſecunda parte rubrice loquitur l.ij.⁊c.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶Uindicat.Materia huius tituli procedit quando delictum eſt de iure communi punibile.vide Paul.conſil.cxciij.vbi ponit an valeat ſtatutum quod filius poſſit vindicare necem patris. Item quoſdam alios caſus, in quibus poteſt quis propria authoritate ſibi ius dicere, vide per Bal.in c.j.§.j.de pace iura.fir. per Bald.in l.generaliter.C.de decur.lib.x.

LEX I.

LIberam. De nocturno depopulatore agrorum, ⁊ derobatore ſtratarū poteſt quis ſua authoritate vindictam aſſumere.h.d.

LEX II.

3 ☞Qui facit pacem cum bannito ⁊ promittit non offendere,ſi tamen poſtea offendit,non dicitur pacem rumpere, quando ex forma ſtatuti bannitus poteſt impune occidi.

a **Opprimendorum.** [a] Milites deſertores poſſunt a quo-
cunque capi, ⁊ reſiſtentes offendi.h.d. ¶ † No.quod ſta-
1 tuta, que permittunt exbãnitos impune occidi, ſunt in-
a troducta pro quiete commun. Et dicitur illa † vindicta publica,[b]
b vt hic vides. Ex hoc colligitur, quod † ſi aliquis priuatus facit pa-
3 cem cum exbannito, ⁊ promittit non offendere eum, ſi poſtea offen
c dit, non incidit in penam, nec dicitur rumpere pacem.[c] Nam cum
iſta offenſio permittatur propter publicam vtilitatem, ⁊ dicitur
publica vindicta, non potuit pacto priuatorum tolli, vt l.ius publi
cum ff.de pact. Et dicitur ille bonus dolus. vt l.j. §. non facit.ff.de
dolo. Et iſtam queſtionem diſputaui piſis, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Opprimendorum. Ad hanc legem vide Cano. in c.inter alia.de immu.eccle.
b ALEX. ¶ Vindicta publica. De iſta queſtione vide per Bald. hic ⁊ per Bart.in l.quid ergo.§.ſi heres.de lega.j.⁊ adde quod dicit Bart.in l.vbi pactum.de tranſact.quod minimus veniens poterit hoc allegare.
c ALEX. ¶ Rumpere pacem.pro hoc vide quod not. Barto.in l.cum mulier.ij.q.ff.ſol.matri.

De inofficioſo teſtamento. Rub. XXVIII.

LEX I.

1 ☞ Petitio hereditatis quomodo detur contra titulo poſſidentem.
2 Petitio hereditatis an videatur intentata, quando intentatur querela inofficioſi.
3 Querela inofficioſi, quando poſſit intentari contra fideicommiſſarium vniuerſalem.

Cum de inofficioſo. Querela, et poſt eam hereditatis petitio, poteſt contra fideicommiſſarium, ſicut contra heredem intentari.h.d. ¶ Opp.quod pe-
1 titio hereditatis non datur † contra titulo poſſidentem, vt l.hereditatem.§.in quibus cau.ceſſat longi tempo.preſcri.⁊ l.regulariter.ff.de petitio.here.ſed hic fideicommiſſarius poſſidet titulo, ergo, ⁊c Huius timore ſunt in hac l.due opiniões. Una que dicit hic quod in principio legis, non fuit intentata hereditatis petitio, ſed querela.⁊ poſtquam quis obtinuit in querela, poteſt agere contra fideicommiſſarium petitione hereditatis, quia titulus allegatus pro non titulo habetur cum teſtamentum ſit reſciſſum, Et
2 iſta eſt bona lectura, ⁊ vera. Alij dicunt, quod intentando † querelam videtur intentari petitio hereditatis, ⁊ ideo (non) poteſt hic intentari contra fideicommiſſarium, quia habuit titulum vniuerſalem, ⁊ ſciuit eſſe teſtamentum inofficioſum, vt l.nec vllam. alias vt l.etiam.§.ſi quis ſciens.de petitione hereditatis. Iſta etiam nõ eſt vera, quod intentata querela, videatur intentata petitio hereditatis, vt plene no.in l.qui de inofficioſo.ff.de inofficio.teſta. tene ergo
3 primam. ¶ Quero † ⁊ reuoco in dubium, vtrum contra fideicommiſſarium vniuerſalem poſſit intentari querela, vt reſcindatur teſtamentum ex toto. Breuiter dic ſecũdum Gul.de Cug. Aut fuit intentata contra heredem antequam reſtitueret, ⁊ tunc poſſet, ⁊ poteſt proſequi contra fideicommiſſarium, quia ius inſtantie tranſit in eum, vt l.j.circa prin.ff.ad Treb.⁊ l.ita tamen.§.actiones.eo.tit. Si vero fuit reſtituta hereditas ante litem exortam, ⁊ tunc aut fuit tota reſtituta abſque aliqua detractione, vel facta detractione certe rei, ⁊ tunc poterit contra eum intentari querela, vt hic. Si vero fuit facta detractio quote, non poteſt intentari querela contra fideicommiſſarium, vt (teſtamentum) reſcindatur pro toto, ſed ſolum pro parte, que ſibi reſtituta eſt, vt l.ij.§.ad Treb.ar.§.eo.l.cum duob.⁊ ff.eod.l.circa. Si vero intentatur contra heredem poſt reſtitutam hereditatem, nullo modo noceret fideicommiſſario, vt l.facta.§.ſi heres ſcriptus.ff.ad Trebel.

LEX II.

Quamuis Gl.ponit caſum in l.iſta, de illa bonorum poſſeſſione gratia agnoſcende litis. Aliter intelligunt doct.quã gl.vt hic refert Cy. ideo videatis eum, qui hoc plene tractat, ⁊c.

LEX III.

2 ☞ Preteritio matris, quare magis habeatur pro exheredatione, quam preteritio patris.
3 Filius preteritus ceteris filijs inſtitutis, ex diſparibus, quam portionem habeat.
4 Filio preterito an detur querela, quando in teſtamento ſunt inſtituti filij, ⁊ extranei.

a **Si mater.** [a] Hec eſt bona, ⁊ ſingularis lex, ita ꝙ non alibi reperies eam. Poſthumus preteritus a matre, que mutandi teſtamentum nõ habuit
b facultatem,[b] videtur cum alijs viriliter inſtitutus, ſed ſi eſſent extranei inſtituti, querela agere debet.h.d. ¶ Opp.per natiuitatem poſthumi rumpitur teſtamẽtum ipſo iure nec eſt opus querela, Inſt.de exhe.lib.in prin. Sol. Ibi loquitur in maribus facientibus
1 teſtamentum, hic loquitur in feminis. Et eſt ratio dicit gl.† ꝙ preteritio matris habetur pro exheredatione, vt Inſti.de exher.lib.
2 §.mater. ¶ † Sed queritur, quare preteritio matris magis habeatur pro exheredatione, quam preteritio patris? Iſtam rationẽ ego dixi.ſcriptores alij non ponunt, ſed Iuriſconſulti credo ꝙ poſue-
3 runt eam. Ratio hec eſt, filius in poteſtate patris dicitur dominus viuo patre adeo, ꝙ moriente patre non dicitur poſſidere pro herede, nec noua hereditas dicitur ſuperuenire, ſed dicitur continuari vt l.nihil.§.pro herede, ⁊ ibi no. Unde cum viuo patre fingatur dominus, niſi exheredetur, hereditas non poteſt alijs dari, cum fingatur eſſe dominus, ſed mater non habet ſuum heredem, ⁊ ideo inſtituere extraneum, ⁊ filium preterire, eſt eum hereditate priuare quia eam nunquam habuit ⁊ ex teſtamento non datur ſibi, ⁊ ideo Iuriſconſulti poſuerunt l.in ſuis.in titu.de lib.⁊ poſth. vt oſtenderent, quod ex illa lege colligitur ratio, quare filius ſuus debeat exheredari, ⁊c. ¶ Procedo vlterius, ⁊ videtur quod iſte filius voce-
c tur ad dimidiam[c] hereditatis, ſicut ille qui inſtituitur aſſe completo, vt Inſti.de her.inſt.§.ſi vero totius. Sol. Hic habetur pro inſtituto a l.in certa, ⁊ limitata portione, ibi vero fuit inſtitutus a teſta-
3 tore ſimpliciter. ¶ † Quero, quid ſi filij ſint inſtituti ex diſparibus? Rñdeo, ſemper iſte preteritus habebit virilẽ.l.qui cires.ff.de vulg.⁊ pupil. Nec ob l.numis.de leg.iij.per quam videtur quod deberet habere minimum, quia hic eſt certa diſpoſitio le-
4 gis, ibi vero erat dubia diſpoſitio teſtatoris. ¶ † Quero, quid ſi in eodem teſtamento erant inſtituti filij, ⁊ extranei. Dicunt quidam quo ad extraneos erit locus querele, quo ad filios non. Gl.determinat cõtrarium, q: in nullo ſit locus querele. Cum enim iſte filius preſumatur inſtitutus in aliquo, nõ poteſt dici ꝙ ſit locus querele.
5 ¶ † Quero extra gl.vtrum contra preſumptionem huius legis admittatur probatio in contrarium, ꝙ mater noluerit illum filium, quem gerebat in ventre, inſtituere? Guliel.de Cug. dicit quod ſic. Nam text.hoc introducit propter coniecturam materne pietatis, ſed in incertis, non certis eſt locus coniecturis, vt l.continuus.§.
6 cum ita.de verb.obl.ergo, ⁊c. ¶ † Quero, vtrum iſte filius, qui preſumitur inſtitutus authoritate huius legis, agat condictione ex lege iſta, vel qua actione? Determinat Guliel. ⁊ bene quod debet agere actione ex teſtamento, cum authoritate huius legis videatur inſtitutus. Diſponit enim iſta lex, vt inſtitutus videatur. Unde non concedit iſta lex hereditatem ſibi immediate. ſed per medium teſtamentum, vt in l.obuenire, de verb.ſig. Unde ex teſtamento agetur, quod ſatis placet. Dicam vobis in ſimili.§.de lib.preter. in authen.ex cauſa, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si mater. Uide pro ampliatione huius textus in l.mater.iunct.glo.j.ff.eod.
b P.PAV.P. ¶ Facultatem. Et per iſtam regulam quod quando teſtator habet tempus prouidendi, ſi non prouideat, quod ei non ſubueniatur, vt eius diſpoſitio ſuſtineatur, vide quod cõſuluit nec. Anton.de Butr.conſil.lvij.incip.in nomine domini, ⁊c. in queſtione ſurgente. Et quod dicit Bartol. in l.j.vbi alia habes.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ in l.neque enim.§.cum miles.ff.de teſt.mili. per illum tex. Item adde ad materiam huius legis quod ſi pater vel mater inſtitueret filios ſuos heredes, ⁊ ignoraret aliquem habere, ⁊ de eo nullam faceret mentionem, quod talis filius ignoranter preteritus haberetur equaliter cum alijs inſtitutus. Uide Iaſ.in l.ſicut certi.C.de teſt.mil. Item ad illud quod dictum eſt quod pater habuit tempus prouidendi, ⁊c.vide in contrarium que ſcribit late Iaſ.in auth.ex cauſa.de lib.preter.
c ALEX. ¶ Uocetur ad dimidiam. Adde Bart.idem tenentem in l.pater filium.⁊ que ibi dixi.ff.eod.titu. ¶ ADDE In quantum Bart.concludit quod poſthumus, qui preſumitur inſtitutus authoritate huius legis agit actione ex teſtamento, quod Bald.tenet contrarium ⁊ per primum vide an huic competat beneficium l.edicto.§.de edict.diui.adr.tol. An autem ſi filius ſit inſtitutus ex re certa, ⁊ inſtituti ſint extranei, habeat pro preterito. Pil. q.le... vt refert Ioan. And.in addi.ad Spec.de teſt.§.j.ver. coram.te... quod ſic per hanc l.ſecus ſi ſint fratres inſtituti.

LEX IIII.

Cum ex cauſa. Reſciſſo teſtamento per querelam, non reſcinduntur libertates conceſſe.

LEX V.

a **Si pater tuus.** [a] Querela preparata tranſmittitur, hoc dicit.

ADD

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN